UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Eorumdem ad praepositum & scholasticum pariter epistola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

iniquitatem liceat commonſtrare. Nam niſi hoc fiat, peribimus funditus, atque illorum furiis pabulum futuri ſumus. Denuo itaque oramus, & per liberos, perq; ea quæ vobis ſunt cariſſima, ac per iuſtum Dei iudicium obteſtamur, ne a veſtra magnificentia neglecti relinquamur; ſed vt quam celerrime hinc eruamur, & liberum aerem intueamur.

ὑπερβάλλουσαν παρανομίαν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένοιτο, παντελῶς ἀπολούμεθα, καὶ παρανάλωμα τῆς ἐκείνων μανίας ἐσόμεθα. πάλιν τοίνυν δεόμεθα, καὶ ἐνορκοῦμεν πρὸς παίδων, πρὸς τῶν φιλτάτων, πρὸς τῆς δικαίας τοῦ θεοῦ κρίσεως, μὴ παροφθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας, ἀλλ' ὡς τάχιστα ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἐλεύθερον ἀέρα θεάσασθαι.

Eorumdem ad præpoſitum & ſcholaſticum pariter epiſtola.

Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν πραιπόσιτον καὶ τὸν σχολαστικὸν ὁμοίως.

INTER delicta nihil grauius, nihil eſt pernicioſius arrogantia: Ea enim ad abſurda quæque deducit. Hac Ægyptii, & qui cum illis ceu ſub ſignis militant, acti, eccleſiaſticas leges aſpernantur, piaque Dei amantiſſimorum imperatorum noſtrorum edicta conculcant. Nam neque prima, neque ſecunda, neque tertia imperatorum epiſtola ad saniorẽ mentem eos reuocare potuit: ſed neque legitima per nos in eos exauctoratio lata, illorum extinxit audaciam. Sed & in oratoriis ſpreta lege conueniunt, & profanas ſynaxes, etiamſi populi ad eas non veniant, ſcelerate celebrant; & omnibus ſacris ædibus cuſtodes, qui nullum niſi ipſos ingredi ſinant, adhibuerunt. Et quidem iam ante per alias literas veſtræ magnificentiæ indicatum eſt, quantum periculum adiuerimus, quando pientiſſimorum Chriſtique amantium imperatorum noſtrorum literis per Palladium comitem præclariſſimum iam acceptis, ad ſanctam apoſtoli baſilicam adorare inſtituebamus. Et-

Hac veriſſime & appoſitiſſime in vos conueniunt.

Non ob literas imperatorũ, ſed quia loco Memnonis alium inſtituere volebatis; quod populus ferre noluit.

ΟΥΔΕΝ ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ὁδηγεῖ τὰ ἄτοπα ἡγεμών. ὑπὸ ταύτης οἱ Αἰγύπτιοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς στρατηγούμενοι, τῶν τε ἐκκλησιαστικῶν καταφρονοῦσι θεσμῶν, καὶ τὰ εὐσεβῆ τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων πατοῦσι θεσπίσματα. οὔτε γὰρ τὰ πρῶτα, οὔτε τὰ δεύτερα, οὔτε τὰ τρίτα αὐτοὺς σωφρονεῖν ἐδίδαξαν γράμματα· οὔτε ἡ ἐννόμως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν ἐπενεχθεῖσα καθαίρεσις ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν θρασύτητα· ἀλλ' ἀθροίζονται μὲν εἰς τοὺς εὐκτηρίους οἴκους παρανόμως, ἐπιτελοῦσι δὲ συνάξεις ἀθέσμους, καίτοι γε τῶν λαῶν ταύταις οὐ παραβαλόντων· παντὶ δὲ θείῳ οἴκῳ φρουροὺς ἐπιστήσαντες, οὐδένα πλὴν αὐτῶν εἰσιέναι συγχωροῦσι. καὶ ταῦτα ἤδη διὰ γραμμάτων ἑτέρων τὴν ὑμετέραν ἐδιδάξαμεν μεγαλοπρέπειαν, ὅπως ἐκινδυνεύσαμεν, προσεύξασθαι βουληθέντες εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ θαυμασιωτάτου Παλλαδίου τοῦ μαγιστριανοῦ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων. οὐ

ANNO CHRISTI 431.

γὰρ μόνον ἐκωλύθημεν προσεύξασθαι, ἀλλὰ καὶ καταλευσθέντες μέχρι πολλοῦ κατεδιώχθημεν. ἐπεὶ τοίνυν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπάρχετε τρόφιμοι, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμποντες πάσῃ, ὡς τὴν ὑμετέραν εὔκλειαν ἐν τοῖς ἁπάντων περιφέρεσθαι στόμασι, καὶ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας *ἐκθύμως ὑπερμαχεῖτε, πᾶσαν ποιούμενοι προμήθειαν, ὥστε διηνεκῶς αὐτὴν ἐξ οὐρίων φέρεσθαι· παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὸ μέγεθος, καὶ τὰ ἡμέτερα γράμματα ὑπαναγνῶναι τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ πᾶσαν ὑπενεγκεῖν σπουδὴν, ὡς τὴν μὲν παροῦσαν παυθῆναι σύγχυσιν, ἀπαράχως δὲ καὶ θορύβου παντὸς χωρὶς τὸ κοινὸν γενέσθαι συνέδριον, καὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἕκαστον μέρος τῶν ἀμφισβητούντων συστῆναι.

* εὐθύμως

enim non modo ab oratione fuimus prohibiti, verum etiam lapidibus impetiti, hoſtilique inſectatione longiſſime abacti. Cum itaque pietatis alumni ſitis, omniq; virtutum genere præfulgeatis, adeo vt veſtra gloria in omnium ore verſetur, & ſanctam eccleſiam alacriter propugnetis, omnem diligentiam, vt ſecundis perpetuo ventis feratur, adhibentes; amplitudinem veſtram obteſtamur, vt pientiſſimo, Chriſtique amanti imperatori noſtro literas noſtras legatis, omnique ſtudio ad hoc incumbatis, vt præſens quidem confuſio compeſcatur, omnique perturbatione ac tumultu e medio ſublato, communis Synodus celebretur, & quælibet diſceptantium pars rebus controuerſis adſiſtat.

Ἀναφορὰ τῆς ἀνατολικῆς συνόδου πρὸς τὸν καλλίνικον βασιλέα, δηλοῦσα καὶ αὖθις τὴν γεγενημένην καθαίρεσιν Κυρίλλου καὶ Μέμνονος.

Relatio orientalis Conciliabuli ad imperatorem victoriis clarum, rurſum ſignificans depoſitionem Cyrilli & Memnonis.

Η ΔΙΑΛΑΜΠΟΥΣΑ ὑμῶν εὐσέβεια ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν Ἐφεσίων ἀθροισθῆναι, ὥστε κέρδος καὶ εἰρήνην τῇ ἐκκλησίᾳ περιποιῆσαι, οὐχ ὥστε συγχύσεως καὶ ἀταξίας πάντα πληρῶσαι. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους θεσπίσματα σαφῶς καὶ διαῤῥήδην τὸν εὐσεβῆ ὑμῶν καὶ εἰρηνικὸν ὑπὲρ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν μηνύει σκοπόν. ὁ δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, ὡς ἔοικε, Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, συνεργὸν λαβὼν τὴν Μέμνονος τοῦ Ἐφεσίου θρασύτητα, προ-

PIETAS veſtra, quæ benefaciendo orbi & eccleſiis Dei clareſcit, iuſſit nos in Epheſiorum ciuitate congregari, vt inde lucrum & pax eccleſiæ conciliaretur, non vt omnia confuſione & perturbatione complerētur. Sed & ipſa veſtræ maieſtatis edicta aperte ac diſerte piam veſtram & pacificam pro eccleſiis Dei indicant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad perniciem eccleſiarum (vt videtur) & natus & educatus, aſſumpta cooperatrice Memnonis Epheſii audacia, pri-

Indigna in Cyrillum calumnia.